

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Diuicie ai
cum fontibus proximo et primo

Nolite thesaurisare....

Omne terrenum uel erugine
consumitur ut aurum et argentum, uel

putredine et uermibus ut uestis;
et

quod ab hiis immune est,
a furibus tollitur
ut lapides preciosi.
In hiis ergo omne genus auaricie reprehenditur.

Rabanus super Mattheum VI.: Vbi erugo et tinea et cetera.

Omne terrenum uel erugine
consumitur. vt aurum et argentum. uel

putredine et uermibus soluitur vt uestis.
vel

quod ab his immune est
a furibus tollitur.
vt lapides preciosi.
In his ergo omne genus auaricie reprehenditur.

Glossa ordinaria, liber euangelii secundum Mattheum, 6
(Biblia Latina cum glossa ordinaria, A. Rusch ed.,
Strassburg, 1480).

- Per tres species aduersitatis – hoc est aeruginis, tineae et furum
–, quibus uetat diuitias colligere in terra, historialiter
→ omne genus reprehendit auariciae,
← quia aliae res sunt, quae non uermes, sed rubigo uel obfusate
uel consumit, ut est aurum, argentum
et cetera metalla. Aliae uero, quae a
uermibus uel putredine dissoluuntur, ut sunt uestes
et uasa lignea, quae carie dispereunt.
Aliae quoque licet
ab aerugine et uermibus inmunes fiant,
saepe tamen per fures auferuntur,
ut sunt gemmae, margaritae et lapides pretiosi.

←

Rabanus Maurus, *Expositio in Mattheum, 2*
(CCCM 174, B. Löfstedt ed., pp.191-2, ll.45-52).